



Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 1. Jus opificis in opus suum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

tem nullus
idem, aliis
ia modo-
onibus mo-
a eandem de-
tissimus Ja-
verius scri-
ocet huius-
pascere at-
n Deum.
humiliatis
onem natu-
a se invent-
um Domini
atem, om-
in quo con-
A te ergo
ab homin-
& subisdium
quoniam tu
n, bona-
tiam habes
, que mun-
achium ha-
o nullam &
tempora-
te. Quare
nine & p-
m

vit carnem brachium suum, & à Domino re-
vissit cor ejus. Et erit quasi myrica in deserto
& habitabit in terra saluginis & inhabitabi-
li. Benedictus Vir qui confidit in Domino, &
vit Dominus fiducia ejus, & erit quasi lignum
quod transplantatur super aquas, quod ad hu-
morem mittit radices suas: & non timebit cum
venerit aestus. Et erit folium ejus viride, & in
tempore siccitatis non erit sollicitum nec ali-
quando desinet facere fructum. Jeremi. c. 17.

CAPUT III.

Tertium medium conservandi fiduciam in
Deum.

Considerare nos esse opus Dei.

§. I.

In Opificio in opus suum.

Nihil rationi conformius, nihil æquius
fingipotest jure possessionis quo suum
opifex opus à se elaboratum sibi vendicat;
nec meliorem quis afferre probationem po-
test ad rei cuiuspiam evincendum dominium
quam si ostendat à se rem factam. Hinc picto-
res suarum picturarum domini sunt, sculpto-
res suarum statuarum, figuli testarum ac va-
forum, omnesque artifices operum quæ arte
sua atque industria perfecerunt. Hæc vendere
pos-

possunt, donare, comedere, consumere atque dissipare, si velint, nec quisquam potest jure contradicere aut impedire; legitimè enim possident tamquam laborum suorum industriae fœtus, suoque utuntur jure, cum pro arbitrio suo de iis disponunt circa ullius injuriam. Nonne ridiculus esset qui negaret agricolæ quidquam agrum debere quem labore manuum suarum coluisse? Nonne omnis expers humānitatis forer, qui contendret nihil pertinere ad villicum de grege quem nutritisset, nihil de arboribus quas plantasset, nihil de frumento, quod seminasset. *Qui plantat vineam, inquit Apostolus, & de fructu ejus non edit?* *Quis pascit gregem & de laeti gregis non manducat?* 1. Cor. 9. Parentes vero quamvis modicum quid cum Deo conferunt ad generationem liberorum, tantam tamen in illos acquirunt potestatem, ut secundum leges Imperatorum eos in necessitate vendere possint. Et Aristoteles addit, filios namquam æquale, reddere parentibus suis posse. Quid ergo ô Philosophe nos dignum Deo reddere possumus? Deo inquam, cui plus infinitis partibus debemus quam parentibus nostris Deo, cui innumeris titulis obstruimus, qui ex nihilo nos condidit, qui dedit nobis vitam & omnia quæ ad eam spe-

sumere at-
iam potest
legitime &
suorum &
jure, cum
citra ullius
qui negaret
e quemla-
donne om-
contende-
re quem
as planula-
asset. Quo-
de fructu
& de laeti-
entes veio-
conferant
am tamen
secundum
ate vendi-
filios nunc-
suis posse-
num Deo-
ii plus in-
arentibus
s obstridi-
quidona-
eam spe-
gratia

stant. Deo, qui cœlestibus bonis suis ditavit nos, ad imaginem ac similitudinem suam creatis impressa divinitatis suæ reliquit vestigia. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi. psal. 115.

§. II.

Discrimen inter opera & possessiones.

I

llud nunc considerandum est, & ut id melius intelligamus, advertendum est, opificium opera non æquali jure illorum esse possunt subjecta, sed quo plus minusve hæc ab illis habent, eo plus minusve ad illos pertinent, & pro ratione juris, possessio & usus variatur. Homo longè alio modo Dominus est suarum operationum, ac thesaurorum, vel domus vel vinearum, vel pratorum, vel census & reddituum. Bona, quæ fortunæ appellamus, extranea illi sunt & accessoria, nec recipiuntur in animum, nec in corpus; & sicut ab ipso nihil accipiunt, ita sine illo perstant, & remanent plerumque eadem post mortem quæ fuerunt in vita, adeo ut hæc ab homine dependere non videantur, quia hic nihil confit ad hoc ut ipsa existant. Unde jus omne dominij, proprietatis & possessionis quod in illa se habere contendit, minus est quam quod habet in operationes suas quarum au-

T 7

tor